

Mythologia, Padoue, 1616 - 40 : Apollon parmi les Muses

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - 013 : Apollon parmi les Muses](#) a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 40 : Apollon parmi les Muses, 1616

Consulté le 24/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7759>

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrupaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Pagination

- p. 183
- p. 405

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



principes populorū, τοιμίνες λαόν vocat. Hæc igitur nominis consuetudo cum ab eis qui erant armenta translata sit. postea locum dedit fabulæ Herodotus in Enterpe omnes illos qui ab Aegyptiis Dii habiti sunt, regnasse apud Aegyptios ostendit, atque inquit eorum omnium postremum Orum Osiridis, quem Apollinem Græci vocarunt, imperasse, ut est in his: τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τετὼν θεὸς εἶναι τὴν ἐν αἰγύπτῳ ἀρχόντα, ἐκείντα ἀμὰ τοῖσιν αὐτοῖσι, καὶ τῶν αἰνέειν τὴν κρατέοντα εἶναι, ὅς αὐτον δὲ αὐτὸς βασιλεύσαι ὡρον τὸν ὀσίρικ παῖδα, τὸν ἀπὸ πολλῶν ἁλλήνων ὀνομάζουσι. τῶτον καταπαύσαντα τυφῶνα, βασιλεύσαι ὡς αὐτον αἰγύπτῳ. Atque prius horum hominum Deos fuisse illos, qui regnaverant in Aegypto, qui non amplius inter mortales degerent: inter quos unus fuit semper, qui reliquos auctoritate anteciret. Postremus autem omnium regnavit Orus Osiridis filius quæ Græci vocarunt Apollinē. Est enim Osiris Bacchus, ut dictum est. Dictus est Apollo, cum boues Admeti custodiret, ovis pertæsus citharam invenisse, ut ait Pausanias in prioribus Eliacis, cum lyram Mercurius inveniret, ut dicetur. Fertur idem fuisse musicæ & vaticiniorum inventor, ut est in primo Metamorphoseon Ovidii:

*Iupiter est genitor: per me quod eritq̃, fuitq̃,
Eitq̃, patet: per me concordant carmina nervis.*

Perutile sanè & præclarum inventum fuit Apollinis musica, quæ tanquam solatium quoddam, & ad oblivionem humanarum calamitatum remedium, quibus vita hominum undique septa est, fuit inventa, verum illam nunc magis effeminarunt quàm conveniebat, ut chromati cum melos adhibuerunt ad demulcendos animos: nunc magis virilem fecerunt: nunc ex his ambobus modulis fecerunt permixtam: sicuti requirebat rerum præsentium ratio. Neque rudis omnino aut inurbanus habitus est, qui musicæ non fuisset ignarus. Alius fuit musicæ modus, cum per numeros animi in bellum essent incitandi, alius modus fuit in conviviis, alius inter Deorum sacrificia. Qui enim modulos rectè cognoverit, & quibus ex numeris componentur singuli, ille facillè ad omnia tempora musicam rationem accommodabit. Fuerunt hæc ipsa de causa Musæ in eius tutela creditæ, quarum & dux pater Apollo fuit existimatus. Fabulantur Linum Amphimaro Neptuni filio & Vrania genitum fuisse: qui cum omnes mortales gloria musicæ antecelleret, ab Apolline, cui se cantu conferebat, fuit extremo supplicio affectus, cui etiam parentant ante sacra Musarum. Fuit etiam Linus Apollinis & Terpsichores filius: vel, ut alii maluerunt, Vranix & Mercurii, qui fuit ab Hercule cithara occisus, cuius discipuli fuisse memorantur Thamyras, Or-



phicus.

Egregius cantor cantabat ibi, hisq; silentes
Audibant: reditum cantor cantabat Achivum
Difficilem à Troia, quem Pallas praeiit illis.

Harum igitur cantilenarum, & cantorum,
& poetarum praesides Musae putabantur, qua-
rum dux creditus est Apollo.



Has tanta suavitare dixerunt esse sapientes,
ut optimum credita sint remedium adversus
omnes voluptatum illecebras, sicut ait Theo-
critus in Pastoribus :

ἔτ' ἰὰρ ἑκάπιναι γλυκερώτερον, ὅτε μελίωσαι
ἀνδρα, ὅσον ἐμὴν μοῦσαι φίλαι, καὶ γὰρ ὁροῖται
γαθεύων, τὸς δ' ἔτι ποτὶ δαλῆσ' αἶρεα.
Non ita ver gratum est apibus, non lumina flo-
rum,

Vt mihi sunt Musae, quos lata respiciunt ha,
Ludere non possunt mox dira pocula Carceris.

Est autem Musatum vis prope admirabilis
credita: quippe cum ob suavitatem orationis,
rerumque & figmentorum mirabilem varia-
tem, multa pro veris falsa persuadeant: neque
quidquam sit tam tenue & imbecillum quod
poetarum peritorum artificium non mirifice
extollar, cum praesertim ipse de seipsis dicant
in Theogonia:

Ὅμει δὲ καὶ πολλὰ λέγειν ἐτί μοισιν οὐδὲ
ἰδμενδ' εὐτ' ἐδίδαμεν, ἀλλ' ἴσα μὴ ἴσα
δαί.

Mentiri scimus per multa simillima veris.

Si libeat rursus, scimus quoque vera profari.

Fabulati sunt antiqui Musas graviter feren-

tes, quod Venus amoris stimulos sibi iniunxisset, Adonim ne esse eius amicum, cum aliae alio-
rum mortalium desiderio captae fuerunt: ut
Calliope Oeagri, è quo peperit Orpheum &
Cymothonem: Terpsichore è Stymone Rhe-
sum suscepit, Clio Linum è Magnete, atque
aliae ex aliis. Nam de laudibus venationis can-
tum pericundum caentes illum hiantem &
imbibentem cantum detinuerunt, donec Mars
Adonidis rivalis in aprum verteretur, ipsumq;
Adonim percuteret, vel (ut aliis magis placuit)
in Adonim aprum excitaret, à quo fuit idus-
tum ex Adonidis sanguine nata est anemona
rubra, cum prius esset alba. cum Venus pallis
capillis ac nudis pedibus eo accurreret, sola ru-
buit ob Venereis sanguinem, quia spina eius pe-
dem graviter pupugisset. Fuerunt tamen non-
nulli, qui Musas semper castas fuisse dixerint,
ut testatur Plato in eo epigrammate, quod est
apud Diog. Laert.

ἀκύρις Μῆσαισι, κοῦρσιν τὰν ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν ἔρην ὅμιν ἐσοπλίσματα.
χ' αἰ μᾶσαι ποτὶ κύπριν ἀρετὰς οὐκ ἔχοντα
ἢ μὴνδ' ἐπεταται τὲρ τὸ παρ' ἀνδρῶν.

Ad Musas Venus hac: dabo Amori vela puella

Ad